

in suo obsequio debito per se vel alium perficiendo defecerit, pro qualibet vice usque ad tertiam exclusive, unam septimanam proximam sequentem hebdomada imminente nihilominus omnino completa facere per se vel alium teneatur. A tertia vero supra, sua sit in ipsa Ecclesia parte sine remissione privatus, donec septimanas, in quas sic ceciderit, implere studuerit. “

XXXIV. *Capitulum pœnæ unius grossi super eodem.*

1891) „ Eodem millesimo, die sexto exeunte Augusti. Prædicti Primicerius & Capitulum pœnam proximi Capituli taliter immutarunt; ut quicumque obsequium debitum in suo per se vel alterum non perfecerit ordine statutis temporibus, pro qualibet vice perdat unum Venerabile grossum: cujus medietas suppleti vices pro (f. pro eo) præstetur, reliqua vero medietas comuni canipæ deputetur. Ita quod ad hujus supplecionem qui major in illo ordine invenietur in Choro, primitus requiretur. Quod si renueret, discensive per ordinem, usque ad ultimum procedatur. Et si nemo id acceptare voluerit, Cuiusmodi aliquis officium faciat, & illam utilitatem percipiat. “

1892) *Valeva allora il Zecchino grossi 20: per ciò un grosso equivaleva a soldi 22 de' nostri. Canipa usurpavasi ancora presso noi per erario. Canepa noi diciamo perchè indi cavasi il vino e cose simili agli usi umani, e da Canepa fecero Canipa. In alcuni tempi si diceva Bancum, come abbiamo veduto, II, 395, 445.*